

LECTIONES PUBLICAS
ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM

IN ACADEMIA LVDOVICIANA

DEO DVCE ET AVSPICE HABENDAS

RECTOR

IO. FRIDERICVS
WAHL,

PROFESS. IVR. ORDIN. ET ACAD. SYNDICVS

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT ET AD EAS SEDVLO AUDIEN-
DAS GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIVM FACVL-
TATVM STUDIOLOS PERAMANTER INVITAT

D. XV. APRIL. ANNO M DCC XLIII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G I S S A E,

TYRIS E. H. LAMMERS, ACAD. TYP.

M DCC XLIII,

) 2 ()

In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Th. Prof. Publ. Ordin. Superintendens & Consistorii Assessor.

Finita Historia Sacra in V. T. nunc candem omni diligentia in N. T. continuabit; vt autem ea, quae vel e memoria facile excidunt, vel vberiore merentur dilucidationem, eo firmius haercent, libet talia publicae Dno. Commilitonum disquisitioni hebdomadatim dare, & quidem ad eundem modum, quo olim Theologiam Patristicam dedit. Primitum Theologiam theticam breuiter & lolide ita explicabit, vt veritas diuina, & insimul παραδιατείβαι, recens illam turbantes, facilius cognoscantur & exinde dirimantur. Ut autem in Exegeticis & Homileticis etiam exercantur ingenia, insuper liber ad quemvis locum Theol. dicta non nulla classica proponere, resoluere, & more hactenus consueto, disponere. In reliquis partibus suum peraeque studium desiderantibus sincere promittit.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Prof. P. O. Consist. Princip. Assessor, & distr. Alsf. Superint.

IN Mataecologia Zinzendorfiana, publice hactenus iuxta seriem locorum theologorum tradita, quae restant, absoluet, ac deinceps praecipua Novi Test. loca a corruptelis novae versionis vindicabit. Exercitium quoque disputatorium in FECHTII Syllogen controversiarum de novo instituet. Primitum lectiones dogmaticas in BAIERI compendium methodo sibi consueta continuabit, easque ad finem hoc ipso semestrib. c. D. perducere studebit.

D. IO. HERMANNVS BENNER,

SS. Theol. P. O. Superint. & Paedagogiarcha.

Ord. Th. b. a. Decanus.

Dogmaticam Theologiam proxime finitam, novo cursu emeretur. Moralem, inde a capite de officiis erga alios in societate spectatos, ita pertractabit, yr. cum auctummo praeterito coepitam, nundi-

nia

(3)

his auctumnalibus h. a. fauente Deo absoluat. *Publicis horis, pericopas evangelicas, ea methodo, qua epistolicas nuper ad umbilicum perduxit, adgredietur.* Palaestram quoque disputaturis offert.

ERN. FRID. NEVBAVER,

Theol. D. & Prof. Publ. extraord. Stipendiatus. Princip. Ephorus.

A nimus est, auspice Deo, praelectionibus publicis integra biblia sacra V. T. sensim pertractare, ita ut primum breuis decur introducio cum in voluerla biblia, tum in vnumquemque librum sigillatum, deinde tradita libri dispositione omnia perpetua, sed breui exegesi illustrentur. Initium a primo Mosis libro faciet. *Primitus praecepta hermeneutica, ad ductum institutionum hermeneutices sacrae RAMBACHIANARVM suppeditabit, cum ingeniosis excitatoribus examine perpetuo cuncta repetitur; neque minus alia, si desiderentur, ex quacumque studii theologici parte addituras, in primis vero pro officiis sui ratione, conciones ab alumnis Principalibus habendas, diligenter moderaturus.*

*In Facultate Juridica.***D. IO. FRID. KAYSER,**

Serenissimi Principis in Regimine & Consistorio Ecclesiastico Director, Jur. Prof. P. O. & Primar. nec non rerum Oeconom. in Alma Ludov. Inspector perpetuus.

Lectionibus publicis & priuatis privilegio Principis liber non deerit tamen officio suo penitus, sed operam industriamque impendet iis, qui vel collegia priuatissima audire, vel selectiores materias pro cathedra defendere cupiunt.

D. IO. FRID. WAHL,

P. P. O.

Publice Digestum nouum ductu compendii Lauterbachiani explanabit. *Primitus vero pro desiderio Dom. Auditorum munericis suis partes explebit.*

◎) 4 (◊

D. HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERG,

*Consil. Regim. Hass. & diuers. Princ. ac Stat.
nec non Prof. P. Ord.*

Publici Collegii loco Disputationes in Praecognita ac Historiam Iuris instituet, thesibus suppeditatis, quas praeuie explicabit publice, **Prinatim** (1.) totum Iuris Romani Iustiniane ambitum, ad ductum **CORPORIS LEGVM**, autoris illius incomparabili, quem recens edidit, explanabit ab hora matut. IX. ad X. & (2.) Processum Juris ductu **GRIEBNERIANI** aut **SCHAVMBVRGERIANI** Compendii vel etiam thesium suarum, tradet, hora a Dom. Auditoribus diligenda, nec in Jure Germanico feudali aut Publico, vota Dom. Commilitonum irrita esse sinet, priuatissimis curis, ab hora X. vsque ad XII. Selektis quibuscum Dom. Auditoribus, Systema Juris uniuersi tradere perrecturis. Si quid praeterea a Principis sui & aliorum Principum ac Statuum facultatisve negotiis vacunae sit, id omne datus diu expectato *Corpori Juris Germanorum.*

ERN:CHRISTOPH:ARNOLDI,

J. V. L. & P. P. Facult. Jurid. Assessor.

Praxin rerum criminalium & civilium in lectionibus æstivis tradet hancque operam sic partietur, ut publice illa, quæ processum criminalem, materiam delictorum eorumque poenam concernunt, ex jure patrio doceantur, quæ autem ad processum ciuilem pertinent, privatim vel ex Strykii *Introductione ad praxin forensim*, vel ex *Ordinazione Processus Darmstadii novissima*, quam notis practicis illustrabit, absoluantur, & cautelæ a Strykio suppeditatae, ubique sedulo conferantur. In reliquis collegiis, quæ ad *Lauterbachii Compendium iuris absolutissimum*, item ad *Justiniani Imperatoris Institutiones*, ad *Jus publicum* & *feudale* offert, ratio Juris patrī ita habebitur, ut, sicuti nullus, vel exiguis vel genuinis recepti juris Romani in praxi moderna usus sit, id perspicue demonstretur.

Io.

IO. ERNESTVS HOEPFNER,

Pr. Jur. Extraord.

IN jure Cluili B. Struvii iurisprudentiam Romano - Germanicam & Ill. Boehmeri Ius Digestorum interpretabitur: In Iure Publico Masco-
vii Principia denuo illustrabit: in Criminalibus vero ad Cl. Boeh-
meri F. Elementa commentabitur.

D.FRANC.IVST.KORTHOLT,

Jur. Prof. extraord.

Originis iuris publici ductu SCHMAVSII explicabit, additurus ple-
niorem huius iuris expositionem secundum MOSERV.M. Reli-
quas quoque iurisprudentiae partes, in primis modum, quo in ex-
pediendis caussis utuntur summa imperii tribunalia, interpretabitur, si de-
siderata fuerit opera sua.

IO. CHRISTOPH. BALSER,

Prof. iur. extraord. & Facult. Jurid. Assessor.

Lectiones iuris Canonici, duce illustri Boehmero, ad Libr. V. pro-
ductas, instante aestate b. c. D. absolvet. Compendium iuris Lau-
terbachianum nec non Institutiones Iustinianae denuo exponet. Et
si qui forte b. Kressii specimen iuris prluati secuti, eiusdem desidera-
bunt interpretationem, iis operam suam lubens pollicetur.

ST. S. WLOEMEN,

J. V. D. & Prof. extraord.

Proxime finitis Lectionibus ad Institutiones & Pandectas, in locum
illarum, Collegium ad Strykji Introductionem ad praxin foren-
sem, vel aliud, pro libitu Dan. Auditorum, substituet, has vero
denuo inchoabit, nec in cæteris, quæcunque ab ipso desiderabuntur,
debet.

* *

In

() : 6 ()

In Facultate Medica.

D. IO. CASIM. HERTIVS, P.P.O.

Publice non solum, quantum per valetudinem licebit, demonstratio-
nibus botanicis vacabit; sed privatim quoque in aliis munera sui
partibus Nobiliss. Dnn. Commilit. desiderio satisfacere conabitur.

D. LVD. HENR. LEO HILCHEN,

Ordinis Med. bodie Decanus.

In Lectionibus publicis doctrinam de signis exponet. Priuatim ma-
teriam medicam & morbos mulierum pertractabit, nec iis defuturus,
qui vel vniuersitati artis salutaris cursum, vel Medicinam legalem ex-
poni sibi concupuerint.

In Facultate Philosophica.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Histor. Prof. p. & Bibliothecarius Ac.

Horis pomeridianis trader Historiam vniuersalem ductu Cellarii; an-
te meridiem vero, si firmorem Deus valetudinem concesserit, Hi-
storiā litterariam ductu Heumannī explicabit, ad alias quoque
munera sui partes explendas paratissimus.

IAC. FRID. MULLER,

Philos. P. P. O.

Tradet publice Ontologiam & Psychologiam. Collegium Logi-
cum nondum absolutum perducet ad finem, requirentibus nouum
aperiet. Et quibus placuerit, Theologiae naturali operam dare,
iis faciem libenter praefereret.

IOH.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Prof. Ordin.

Absolutis ante tempus aliquod praelectionibus publicis in *Physicam universam*, eundem rursus, duce VERDRIESIO nostro, suscipiet laborem, phaenomenorumque naturalium causas per ratios & experimenta eruere conabitur. In *Historia Philosophica*, quam nuper tradere coepit, post enarrata iara Philosophiae fata inter gentes barbaras, ad reliqua nunc progredietur; cuncta, quae proferentur, ex ipsis optimorum probatissimorumque auctorum fontibus derivatur.

D. ERN. FRID. NEVBAVER,

Antiqq. nec non sacrae & orientalis Philologiae Prof. P. Ordin.

Ex ebraicis *Genesim* explanabit publice. Privatum in explicando novo testamento actus apostolicos ac epistolas e gracco fonte enarrabit, neque non in gratiam eorum, qui veterius proficere in ebraicis percipiunt, Prophetas minores percurret; ad alia sui munera officia, antiquitates hebraicas, linguarum orientalium cursum, numquam non promptus paratusque.

CHRIST. LVDOV. GERSTEN,

Math. P. O. & R. S. Lond. S.

Publice aut selecta geometrica aut calculi planetarum praxin astronomiam proponet, prout nimis ex usu Auditorii potissimum esse intelllexerit. Privatum quibusvis honestis honoratiss. Dno. Committitum desideriis annuer.

IO. ERNESTVS HOEPFNER,

Moral. Pr. P. Ord.

Privatum Ius Naturae & Gentium Puffendorffio duce ira pertractabit, ut & exemplorum copia lux & perspicuitas doctrinis affundatur, & rerum utilium & amoenarum penu audiendi studium nutriatur. Publice in Ethicis aut Gottschedii aut Heineccii compendium explicabit.

D.

D.FRANC.IVST.KORTHOLT,

Elog. utriusque Prof.

Publice TACITVM de moribus Germanorum observationibus non minus criticis, quam quae adjura & consuetudines Germanorum facere videbuntur, illustrabit. Priuatim collegia oratoria practica continuabit.

Praeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique, palestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum lartium peritis-simos, publice constitutos, abunde prospectuum est,

